



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

An sufficiat solum credere, Christum pro nobis natum, crucifixum,  
resurrexisse &c. ad salutem, sine dilectione & opere. tit. 17

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

S. Iudas in sua canonica dicit, quod secte habent alios patres & magistros quos sequuntur, quam quales habet Ecclesia Catholica, scilicet Cain, Balaam, & Chore: nam omnis haereticus in via Cain ambulat contra Catholicum fratrem: deinde habent illi magistri potentum suorum patrocinia. Nam nulla haeresis posset stabiliri, si non haberet quosdam tutores seu promachos qui defenderent illam, sicut rex Balach conduxit Balaam prophetam, ut malediceret filios Israël & religiosos, sed sicut non potuit Balaam quicquam contra Deum, sic nec illi. Postremò sicut Chore fecit seditionem contra ordinariam potestatem, ita & ipsi per seditionem omnia volunt obtinere. sic proprias faciunt leges, dogmata, cæremonias &c. Num. 16, sed ut isti corporaliter, sic hi Spiritualiter peribunt.

*AN SUFFICIAT, SOLUM CREDERE, Christum pro nobis natum, crucifixum, resurrexisse, &c. ad salutem, sine dilectione & opere.*

## TITVLVS XVII.

**D**icitur doctrina mundi iam est, quod fides illa, quæ solū credit Christū pro nobis passum & resurrexisse, &c. illa sola sufficit ad salutem & iustificationem sine dilectione & proprio opere. Nam Paulus dicit, Rom. 4. Mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Ideo nihil amplius indiges, nisi solum hoc credere: Christus omnia expedivit, & nihil amplius nisi fidem exigit, ut hoc credas.

Item quicunq; firmiter credit & pro certo statuit, sibi remitti peccata propter Christum, & quod vitam æternā sit possessurus, ille iustificatur & saluatur si-

D d 5 ne pro-

ne proprio opere vel dilectione, sed nudè propter solam fidem, sicut contigit latroni in cruce, Luc. 23. ergo solum crede.

Item quicunq; omnem fidem atq; fiduciam suam in sola Dei misericordia collocat sine omni additamento vel operum vel dilectionis, ille propter Christum iustificatur & saluatur gratis, Rom. 3. Ideò sufficit, solum externè credere, quod Christus me redemit, ab iq; proprijs siue meis siue aliorum operibus & dilectione & mutatione vitae.

Secundo, hęc mundi doctrina talem effecit miserā scissuram in Ecclesia, & excitauit varios tumultus, & effusionem sanguinis in Germania. Nam placet rubibus & indoctis laicis & rusticis, &c. Sed doctrina Catholicę Ecclesiae, quam haec tenus patres nostri obseruārunt, contrarium docet, quae est, quod neq; natuitas Christi, neq; crucifixio, aut mors illius, aut resurrectio, aut iustitia, sanctitas, redemptio, &c. solum foris & externè ac nudè credita, sine propria siue sui ipsius noua regeneratione, Ioan. 3. sine propria cuiusq; portatione crucis Matth. 10. Luc. 9. sine propria suorum cuiusq; mortificatione peccatorum, Roma. 6. & resurrectione propria ad nouam vitam, Coloss. 3. sine propria tui ipsius iustificatione, Matt. 5. misericordia, &c. tibi nihil proderunt, nec iustificantur, nec saluabunt. Ideò solum credere, Christum esse mortuum & resurrexisse propter nos, & tamen non imitari, cùm possis, exemplum Christi, 1. Petr. 2. non te saluabit. Probatur

Primò, quia si solum sufficeret externè & sine propria vita immutatione sic credere, Christus pro me est passus, tunc Christus frustra docuisset nouam regenerationē, Ioan. 3. Portare crucem post se, Mat. 10. Mori peccatis per poenitentiam, Marci 1. Roman. 6. frustra instituisset Sacra menta, dedisset decalogi precepta, Nam sine omnibus illis medijs, id est Sacramē

tis.

tis, per solam fidem potuisset me saluasse: sed fidei ad iungit Sacra menta, charitatem, dilectionem & opera, &cæt.

Secundò, nullus qui confiteretur Christum, possit damnari, quantumcunque etiam fecerit mala opera: sic Dæmon, qui etiam profitetur Christum, & ipsum fore filium Dei, Lucae 4. Marc. 1. Sic omnis adulter, auarus, raptore s & cæ. dicunt se credere quod Christus eos redemit. Sed dicit Paulus Ephes. 4. 1. Corin. 6. Galat. 5. Hoc scitote, quod talia facientes, regnū Dei non possidebunt. Si nunc sufficit solūm credere, quia Christus redemit me sine propria noua vita, pœnitentia, dilectione, obseruatione præceptorum &c. Ergo nullus peccator poterit damnari.

Tertiò, Christus mendax maneret, qui vult uniuscuique dare secundum opera sua, Matt. 10. sed si sola fides sufficit ad iustitiam & salutem, & si non sunt opera nostra necessaria, quid tūc vult iudicare? ad quid vult etiam dare possessionem vitæ, si sola fides sine operibus sufficiat? Ergo solūm credere historiæ Christi, secundūm quod litera exprimit, quia pro nobis natus & passus est, non proderit tibi ad salutem sine propria vitæ renouatione.

Tertiò inquires, si denuò ego per opera mea mereri debeo, quid tunc fecit Christus? Nunquid non ipse Ius & semel meruit nobis remissionem & salutem? Hebræo. 9. Semel introiuit in sancta. Resp. Christus semel meruit & solus, hoc manet fixum, & nostra opera, id est, noua nativitas, portatio crucis, mortificatio peccatorum, &c. non merentur remissionem peccatorum, sed sunt media, per quæ Deus distribuit nobis beneficium Christi, id est, per fidem & Sacramēta, per hęc nos apprehendimus & retinemus beneficium Christi, hic per fidem & pœnitentiam dat remissionem peccatorū, Marc. 1. Et non nuda fide sine pœnitentia; sic salutem per fidem, & dilectionis ope-

ra, non

ra non per nudam fidem, &c. Sic Deus ordine & medijs omnia expedit & regit, sic per mediū laboris dat agricolæ fructus. 1. Cori. 3. Ego plantauai, Apollo rigauit: sic regit ciuitates medio custodum: sed nisi Dominus custodierit ciuitatem, &c. Psal. 126. Sic Deus per media distribuit sua beneficia &c. Si quis hæc solum velit credere, & non vti medijs à Deo præscriptis, nihil acciperet. Sic iam vult nouus mundus, id est, habere remissionem sine poenitentia, cœlum sine obseruantia præceptorum, sola nuda illa fide, Credo Christum pro me passum &c.

Præterea quum media illa sunt voluntaria, & fiūt consensu nostræ voluntatis, non sic sunt media insensibilia & coacta, quæ ex labore suo nihil meretur, sicut bipennis carpentarij, & penna scriptoris, &cæ. sed ultra hoc, quod Deus per illa operatur, & distribuit beneficium Christi, & nos apprehendimus & retinemus: etiam habent promissum præmium ex gratia, id est, propter Christum, sic vt fides apprehendit esse entiale præmium, id est, hoc quod propter solum Christi meritum distribuitur per fidem, vt est remissio peccatorum, vita æterna, donatio Spiritus sancti, hæreditas & adoptatio filiorum. Hęc enim gratis per medium fidei & sacramentorum ex aequo omnibus creditibus dispensantur, etiam media & opera nostra, Deus præmiis æternis coronat secundum gradus laborum, 1. Cor. 3. & 1. Cor. 15. Et licet opera & fides sint solum media, & ex dignitate propria, & ex parte nostra non sint digna aliquo præmio, qui atamen Deus eis præmia promittit, & habent illam dignitatem ex eo quod procedunt à Spiritu sancto, vt coronet ea gloria æterna: ideo non sunt sic media & opera sine ullo præmio in hac & post hanc vitam, &c. Sed hanc dignitatem confert illis Deus, ex natura nihil habent, nisi quod illis dederit Deus, qui sic coronat dona sua, sic inquit Gerson: Habeo duo præmia, Christi,

Christi, & hoc aperit mihi cœlum: & propriū, & hoc mihi sedem locat in cœlo, sic fide Christi appræhendimus præmium essentiale, id est, beatitudinem, & nostris operibus accidentale.

Quartò, firmiter credere & pro certo sibi statuere, peccata sua omnia remissa esse propter Christum, & per solam huiusmodi fidē se saluari & iustificari absque omni accessione cuiuscunq; operis, ex nulla sacra scriptura probari potest. Christus enim inquit Mat. 6. Luc. 6. Remittite, & remittetur vobis. Quod nisi tu quoq; proximo tuo remiseris sua peccata, licet habeas fidem quamcunq; velis, attamen non consequeris remissionem tuorum peccatorum, sicut oramus, Matth 6. Remitte nobis debita nostra, &c. Sic enim dicit Christus Mar. 1. Pœnitentiam agite, & credite, quod si omiseris pœnitentiam, non imputabitur tibi remissio peccatorum. Latro in cruce, Luc. 23. si diutius vita illi fuisset prorogata, haud mansisset absq; pœnitentia & bonis operibus, etiam si ea ipsa in cruce abunde demonstrarit. At dices: Euangelium promittit salutem omnibus propter Christum sine conditione & merito bonorum operum. Respon. Euangelium promittit salutem propter Christum, non propter meritum nostrum, & cum nullū habeamus, non tamen promittit sine medijs, id est, fide, Sacramētis & bonis operib. quæ Christus se recōpensaturum pollicetur remissione peccatorum & æterna salute.

Quintò, Fidem omnem collocare in solam nudā misericordiam Dei sine omni accessione dilectionis & bonorum operum, & asserere hanc nudam fidem iustificare & saluare, atq; sufficere abunde, nullā habet scripture authoritatem. Qui verò ita faciunt, ad hos sic loquitur Christus Matt. 7. Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, &c. licet hoc quoq; verū sit quod & Christus ipse docuit, Luc. 17. Etiam si omnia fecerimus, quæ oportebat nos facere, tamen dicemus,

cemus, inutiles nos esse seruos, & interim nihilominus fiduciam nostram in misericordiam Dei propter filium suum Christum reponere debemus, non tamē sine ijs, quæ nobis præcepta sunt, medijs &c.

Summa, tantū credere velle, Christus redemit me, satisfecit pro peccatis meis &c. Aut ego omnem mē fiduciam pono in nudam misericordiam, in solum Christum sine proprijs operibus, sine charitate, Sacerdotijs, & alijs medijs &c. fides hæc non iustificat, neque saluat. Alioqui tota altera pars scripture, docens vitam & opera, esset frustranea & superflua, nee opus fuisset tradere decalogum & legē, quem tamen Paulus non destruit per fidem, Roma. 3. At inquietunt, Non rejicimus opera, sed docemus, quod fides primō ante omnia opera appræhendit propter Christū remissionem, filiationem, & Spiritum sanctum, ac vitam æternam: si ergo hæc fides ante omnia opera appræhendit, & habet, quomodo hæc possunt denuò mereri operibus? secundō hoc quoq; impugnamus, quod Papistæ volunt mereri operibus iustificatiōnem & salutem, & non gratis recipere propter Christum per fidem. Tertiō, quia opera nunquam quietant conscientiam, lex iram operatur, Roma. 4. Ideo nuda misericordia, nullo respectu operum nostrorum habito, nos iustificat & saluat: opera benè sequi debent, ut testes & fructus fidei, &c. Resp. Primō, hoc nemo negat, quod fides in Christum gratis impetrat remissionē peccatorum, filiationē, quia facit nos filios Dei, Ioan. 1. sicut nativitas facit heredem filium in paternis bonis. Sed quoniam salus æterna solum hīc in promissione habetur, & nondum in re, ob id ne amittatur iterum per mala opera, sed retineatur, dedit Deus Spiritum sanctum in corda nostra in Baptismo, A&t. 2. qui nos renouet suis fructibus, Gal. 5. Et legem Dei per nos impletat, author sit atque adiutor honorum operum, quatenus sic per hæc media perueniamus

Veniamus ad possessionem promissi regni, Matth. 25.  
Venite & possidete &cæ. Ideò fides benè ante omnia  
opera impetrat iustificationem & filiationem, sed nō  
dum actu & re salutem. Non ergo sunt vna res iustifi-  
catione & salus, licet vnum sequitur alterum, ut flores  
arborum fructus, manè vesper &c. Sed vt in terea tem-  
poris inter germinationē, (id est, folia) & fructū pos-  
sit impedimentum fieri, ne fructus flores sequantur,  
sic hīc inter iustificationē & salutem. Ex quo liquet,  
quod fides, licet impetrat iustificationem & remissio-  
nem gratis ante omnia opera, nondum tamen in re,  
sed promissione habet salutem. Opera igitur respi-  
ciunt non iustificationem, sed salutem.

Secundò, hoc est mendacium hæreticorū, quod di-  
cunt nos velle mereri operibus remissionem, & salu-  
tē nostris operibus. Primò, quod dignitati operū ni-  
hil tribuitur, nullū p̄m̄ium, nisi hoc quod Christus  
gratuita misericordia p̄mittit. Ideò promittit & dat  
operib. nostris coronam & gloriā, ex sua natura nul-  
lam habent. Mat. 5. Merces vestra copiosa est in cœlo.  
Ille dicit Mat. 19. Vos qui reliquistis omnia, & secuti  
estis me, &c. Est enim meritum illud p̄missum & gra-  
tuitum meritum, non promeritum respondens, sicut  
seruus meruit à Domino, artifex suo officio. Ideò tor-  
quent & usurpant hæretici falso vocabulum meriti,  
quasi nos secludendo sanguinē Christi, velimus me-  
reri remissionem & salutem, &c. Exemplum dat Ger-  
son, vt si quis diues promitteret pauperi quinq; mar-  
cas auri, pro labore vnius amphorę aquę &c. Est hēc  
regula generalis, Deus coronat dona sua. Nihil ergo  
tribuimus operibus, nisi quod Deus illis tribuit ex  
sua gratia & promissione, quam gratiam admunt il-  
li hæretici, quasi DEO non liceat facere de suo quod  
velit, Matthæi 20.

Tertio, quod opera nostra non quietant conscienciam, neq; certam reddunt, hoc de natura & propria  
dignitate

dignitate operum intelligitur: sed nemo illuc respicit, sed ad promissam mercedem, quam ore suo promittit, dicens Matth. 16. Dabo cuiq; iuxta opera sua. Ideò conscientia nostra quieta est in mercede seu pre mio promisso & gratuito, non autem in promerito, quoniam nullum ex nobis habemus &cæt. Est enim promissum præmium &c.

Sunt ergo moderni seftæ prædicatores verè illi, qui per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium, Rom. 15. quando dimidiam scripturam docent. solum hoc. quod Christus fecit, docent credere, & quod sola fides sufficiat. Hoc autem quod nos facere iubet Christus, id est regenerari, remittere offendam, seruare præcepta pœnitentiae, tacent: Et sic officula & dissensiones faciunt, ut suo ventri seruant: ob id iubet Apostolus illos fugere. Nam Christus per obedientiam patris, qua fuit illi obediens vsq; ad mortem, Philip. 2. factus est etiā sibi obtemperantibus causa salutis æterne: Non obtemperantibus autem nihil proderit hęc doctrina Catholica, Heb. 6. Rom. 15.

Quid opus est orare, iejunare, eleemosynam dare, præcepta Dei custodire, carnem castigare, pœnitere, &c. si solum hęc externa & nuda fides, quod Christus redemit, sufficit, iustificat & saluat? Si pro sola nuda fide Deus vult omnia dare, cur promittit præmia operibus etiam pro calice aquę frigidę &c. Mat. 10. & Mat. 6? Cur sic vult coronare dona sua? Nos nullum præmium, nec meritum tribuimus operibus nostris, sed Deus ipse dat, promittit, & coronat opera nostra: ex parte nostra sunt imperfecta, immunda, sed Deus purificat per fidem & Spiritum suū, Act. 15. & sanctificat, acceptat propter Christum filium suum, ad cuius gloriam fiunt &c. Est ergo iustitia Picardica & heretica doctrina, solum credere sine yllo additamento charitatis & bonorum operum.

Petrus,

Petrus, Paulus, & omnes Apostoli non sic prædicarunt passionem Christi, scilicet, ut simpliciter creditur, quoniam propter nos facta sit, &c. sine nostra immutatione vitæ. Nam prædicat sic passionem Christi, 1. Pet. 2. Christus pro nobis passus est, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius, portando crucem vestram, moriendo peccatis, &c. Et Paulus ad Philipp. 2. inquit: Hoc sentite in vobis, quod & in Iesu Christo, &cæt. sentite, sequimini opere, nō solūm credite, &cæt. Non sequitur: Christus omnia meruit sua morte, propter passionem suam omnia confert &cæt, ergo nihil sunt opera nostra. Respondeo, Apostolus dicit 1. Corinth. 3. Apollo rigat, ego autem planto, &cæt. sed tamen solus Deus dat incrementum ex sua misericordia propter Christum, non propter opera nostra: attamen si non plantatio & rigatio, hæc scilicet media, fierent, Deus non daret incrementum. Quod verò omnia tribuuntur Christo, etiam meritū nostrę salutis & iustificatio, & quod ipsé solus est ynica spes nostra, quod nos redemit sua morte &c. Roma. 4. hæc omnia docentur & ceduntur contra desperationem, vt homo aliud fundatum habeat salutis suæ, quam seipsum & opera sua: sed non docentur propter dormitionem nostram, curiositatem & temerariam præsumptionem, de qua dicit Christus Matth. septimo. Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, &c. Aliud exemplum Deus est, qui nos pascit, id est, pro nobis est solitus, Matthæi 6. scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. At hæc docentur, ne quis desperet: sed si quis nunc velit esse oculos, & solūm credere, quia Deus cum cibaret sine omni labore & medio, hic se deciperet. Promisit ergo Deus dare incrementum, cibum & dona sua ex misericordia & gratia propter Christum per media, non autem sine medijs. Romano. decimo tertio. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Sectæ

E c            quæ

62 SYMMA DOCTR. CHRIST.  
quæ reiſciunt media, & ſola nuda fide volunt omnia  
apprehendere, falluntur.

DE FALSO INTELLECTV  
*istiū verbi, legis.*

TITVLVS XVIII.

**P**rimò notandum, quod fons & cauſa  
totius erroris, quo ſectæ condemnant  
pia opera, est falsus intellectus iſtius ſcri-  
pturæ, quia Paulus dicit, Galat. 2. Scie-  
tes quia non iuſtificatur homo ex ope-  
ribus legis, niſi per fidem Iesu Christi. Et nos in Chri-  
ſto Iesu credimus, ut iuſtificemur ex fide Christi, &  
non ex operibus legis. Rom. 3. Arbitramur hominem  
iuſtificari fide ſine operibus legis. Et hoc concludit,  
quia omnia opera coeliduntur ſub lege decalogi, &  
omnia alia opera, cæremoniæ, sacramenta, &c. Ergo  
ſola fides iuſtificat, ſaluat, filium Dei facit abſq; om-  
ni additione operum: Sola ergo fides eſt noſtra iuſti-  
tia, meritum, & cauſa iuſtificationis, &c. Ideo opera  
ſunt diſtincta à iuſtitia Dei, qua noſ gratis iuſtificat  
per fidem. Et reiſciuntur quoad iuſtificationem & fa-  
lutem. Non merentur effectiū, id eſt, operatiū ſalu-  
tem & gratiam, ſed ſola fides.

Secundò, Ecclesia Catholica docet diſferentiam  
inter opera paedagogica, & disciplinaria, & inter ope-  
ra & fructus Spiritus ſancti, que per fidem in iuſtifica-  
tis operatur, Gal. quinto. Fides, charitas, timor, pax,  
caſtitas, obedientia preceptorum Dei, &c. illa non  
ſunt opera legis. Pro quo notandum, quod Deus de-  
dit vetus testamētum & legēm corrūptę nature ad tē-  
pus, ut ſic addiſceremus in externis illis praceptis,  
quid iuſtum & iniuſtum, quid vita & mores eſſet, ita  
ut cūm fides in Christum inciperet & veritas eius ma-  
nifestaretur, noſ in ſpiritualibus ambularemus ope-  
ribus